á la verdad histórica, dicen bien claro cuánta debe ser la diligencia y cuidado que debe emplearse en la lectura de documentos antiguos, y cómo jamás debe fiarse el investigador de sus sentidos, sino emplear todos los aparatos y medios que mejor conduzcan á un seguro resultado.

Como de la rectificación de tales documentos no se altera en nada lo consignado en el *Episcopologio Vallisoletano*, sino que con un poco de cuidado permanece lo mismo corrigiendo las erratas, no nos detenemos más en este punto.

DR. MANUEL DE CASTRO,
Canónigo Archivero de Valladolid.

De la *Revista Eclesiástica*, año VIII, volumen, XV, núm. XVI. Valladolid, 30 de Agosto de 1904.

III.

HISTORIA DE VALLADOLID. BREVE INÉDITO DE ALEJANDRO III.

Seis millas al Sur de Asti, entre Turín y Génova, está *Isola*, desde cuyo lugar en 3 de Abril de 1162 expidió Alejandro III el breve siguiente:

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri J(oanni) Totetano Archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ex iniuncto nobis a deo summi pontificatus officio universis ecclesiis providere sollicite debeamus, illas tamen ecclesias clementiori oculo respicere nos oportet et de earum utilitatibus propensius cogitare que ad ius sacrosancte romane ecclesie noscuntur specialius pertinere. Unde cum ecclesia Vallisoleti, que ad ius beati Petri specialiter respicit et tutelam, prelatorum incuria tam in spiritualibus quam temporalibus pene in nichilum est redacta, ei salubri consilio cogimur providere ut in sta-

tum meliorem auxiliante domino reformetur et taliter de cetero in bonis suis non debeat deperire. Inde est quod discretioni vestre, de qua plenam in omnibus fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatinus ad locum ipsum quamcitius poteris accedere studeas et clericos eiusdem ecclesie ad suscipiendam beati Augustini regulam et canonicum ordinem assumendum non diferas cum omni diligentia commonere, et si de assensu et consilio maiori et saniori partis capituli hoc provenire cognoveris canonicum ordinem iuxta regulam beati augustini, sicut dictum est, cum consilio fratris nostri R(aimundi) palentini episcopi ibidem auctoritate apostolice sedis instituas. Quod si eum forte super hoc malignari cognoveris, tu tamen nichilominus in negotio ipso procedas, ipsam quoque ecclesiam sicut specialem sancte romane ecclesie filiam pro reverentia sancti Petri ac nostra, sicut de tua devotione confidimus et speramus, diligas manuteneas et honores, et contra iniquorum molestias et incursus ita te pro eadem ecclesia clippeum indefesse protectionis opponas quod et ipsa ope et consilio tuo adiuta assultus non possit malignantium formidare et nos copiosas exinde gratias caritati tue exsolvere debeamus.

Datum in insula ligurie III Nonas Aprilis.

Archivo capitular de la catedral de Toledo. El breve original (signatura *X*, *2.ª*, *1.º*, *2.º*) es un pergamino algo más de un jeme de ancho y poco menos de largo. Al lado derecho cuelga de un bramante el sello de plomo.

Aquejado por la fiera persecución del emperador Federico I Barbarroja, estuvo Alejandro III en Isola desde el día 31 de Marzo hasta el 9 de Abril de 1162. No menciona Loewenfeld este breve; pero sí el Dr. Castro Alonso, citándolo y extractándolo en su *Episcopologio Vallisoletano* (páginas 27 y 28) y prestando con ello un buen servicio á la ciencia histórica.

Madrid, 24 de Septiembre de 1904.

FIDEL FITA.